



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 245. Quid notandum sit circa horam refectionis in jejunio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

§. 2. Si Religiosus necdum expleverit annum 1275  
 21., Saa, Fagund. uterque Sanch. & alii dicunt teneri ad jejunia sui Ordinis, tum quia videtur per votum renunciasse privilegio ætatis, tum etiam quia obligatio Religionis & regulæ est alia ab obligatione temperantiæ, quam intendit lex Ecclesiæ: Sed Med. Graff. Ascanius Tambur. & alii dicunt non teneri, quia præsumi potest regulam non obligare eum sub mortali, quem non obligat Ecclesia; & utramque sententiam dicit probabilem & tutam Thomas Tambur. in Dec. I. 4. c. 5. §. 7. n. 6. & n. 8.; addit idem videri esse de sexagenariis Religiosis, posito enim quod non teneantur jejuniis Ecclesiæ, de quo dicetur à n. 1317. probabile est, quod lex Religionis proportionetur cum lege Ecclesiæ.

Q. 244. An parentes teneantur filios, vel dominus 1276  
 servos cogere ad jejunandum. Bz. Vega, Fill. Rodriq.  
 Homob. Azor, Nav. Dian. p. 1. t. 9. R. 28. Steph.  
 t. 1. d. 5. n. 138. & alii dicunt teneri monere, si  
 jejunare teneantur & non jejunent, attamen non  
 teneri cogere, quia hoc videtur nimis durum:  
 Tambur. §. 6. n. 3. putat satis esse, si moneant &  
 objurgent, præsertim cum nullam in eos spiritualem  
 jurisdictionem habeant: Sanch. dub. 17.,  
 quamvis hoc admittat de dominis, tamen merito  
 dicit aliquando etiam famulis negandam  
 cœnam, si probabiliter putent id profuturum:  
 quod autem filios attinet, rectè dicit, parentes  
 teneri cogere filios, semper negando eis cœnam,  
 quia tenentur corrigere & adigere ad observationem  
 præceptorum.

Q. 245. Quid notandum sit circa horam refectionis in jejunio. 1277  
 Bz. Seqq. §. 1. Primitus erat hora 3,  
 post

post meridiem aut sub vesperum, & ideo vocabatur cœna; nunc autem censetur 12. circiter: notat tamen *Sanch. dub. 28.* ex communi consuetudine esse medium 12., imò jam esse horam 11. dicunt *Sanch. Med. Angles* aliique; quòd valet maximè de Religiosis, qui per privilegium etiam sine causa possunt unâ horâ anticipare, *Steph. n. 121. Tambur. c. 4. §. 4. n. 3.*

**1278** §. 2. Videlur probabilius cum *Fls. t. 4. d. 1. n. 39.*, quòd anticipare collationem vespertinam notabili tempore & absque causa non sit mortale, quia etiam per hoc non tollitur substantia jejunii, quæ consistit in abstinentia à carnibus & refectione unica: unde si quis sine causa manè sumeret collationem & meridie prandium, aut manè vel meridie collationem & circa horam tertiam prandium, vespere autem nihil, tantùm leviter peccaturum dicit cum aliis *Tambur. n. 12. & 13.* Addunt *f. Sanch. d. 53. n. 2. Tambur. §. 3. n. 10.* aliique apud *Sanch. dub. 27.* nullum esse peccatum, si in meridie sine causa fiat coitatio & vespere prandium, quia est magis ad finem legis, cùm sit major mortificatio, & *Sanch.* dicit esse verè probabile, sed *Diana p. 11. t. 3. R. 9. & Castrrop. §. 3. n. 6.* dicunt esse veniale, quia est alienum ab usu Ecclesiæ, quamvis fateantur inter causas justas esse venationem aut piscationem, etiam recreationis causâ, item faciliorem expeditionem negotiorum, tractationem hospitum &c.

**1279** Q. 246. *Quomodo licitum sit interrumpere prandium die jejunii. R. §. 1.* Si quis interrumpat ob negotium, *Pasq. decis. 121.* putat eum posse complere prandium absolute negotio, quamvis hoc